



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber De Prudentia Ivstorvm**

**Juan <de Jesús María>**

**Coloniae Agrippinae, MDCXIV**

Cap. VII. Hortatur ad amorem proximi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46940](#)

vos per intimum dolorem , & sacra-  
mentorum remedium, ad vitam gratiæ  
preciosissimam, iucundissimamque re-  
surgere.

## C A P. VII.

*Hortatur ad amorem proximi.*

**R**ECORDA MINI, filij, noui ac  
dulcissimi testamenti mei, quo-  
modo cum dilexissem meos, qui erant  
in mundo, in finem dilexi eos: & ne o-  
bliuiscamini signi amoris mutui, quo  
volui cognosci discipulos , & amicos  
meos. Mandaui tempore incolatus  
mei , & nunc per frequentissimas in-  
spirationes idem repetens, hec mando  
vobis, ut syncerissimo amore diligatis  
inuicem, sicut dilexi vos. Sanaui infir-  
mos vestros: erexi languidos, afflictos  
consolatus sum: cum ijs , qui oderunt  
pacem , fui pacificus: publicanos, &  
peccatores amantissime recepi: vilita-  
tem, & rusticitatem non exhorri: om-  
nibus omnia factus sum: nec ullo tædio  
laffatus, exclusi aliquem à suauissima  
conuersatione mea. Quare ergo serui  
mei , qui videntur supra modum Apo-  
stoli,

stoli , pauperum, & debilium fastidio  
vincuntur, & afflictorum onera porta-  
re recusant: Qui viderit fratrem suum  
necessitatem patientem , & clauserie  
viscera sua ab eo , quomodo charitas  
Dei manet in illo? Causantur se melio-  
rem partem Magdalena deditis , & ad  
proximorum calamitates obdurescunt.  
Quid est hoc? Qualis doctrina est hæc?  
non placet mihi ocium hoc , & com-  
moditas parùm consona proximorum  
dilectioni , quæ est plenitudo dulcissi-  
mæ legis meæ. Estote misericordes , fi-  
lij , & miseras fratrum vestrorum  
promptissimo corde subleuate. Ne ad-  
datis afflictionem afflictis , quorum  
clamor penetrat viscera mea. Ego e-  
nimir Pontifex vester, experientia quo-  
que factus misericors , noui crudelias  
corda filiorum Adæ , quæ difficilè ad  
fratrum suorum cruminas commouen-  
tur. Discite iam mores meos , & emol-  
lito corde iram Iomnem, tædia , & aspe-  
ritatem superate: Et ego recensebo vos  
discipulorum meorum signo notatos,  
inter dilectissimos fratres meos: qui si-  
ne fine gaudetis adoptione Altissimi  
Patris

70      *De Prudentia iustorum.*  
Patris mei, & satiabuntur ab vberibus  
consolationis meæ.

CAP. VIII.

*Hortatur ad obedientiam.*

**F**ILII dilectissimi, si vultis in mari  
magnō, cuius fluctus ascendunt usque ad celos, & descendunt usque ad abyssos, securè nauigare, imitamini me:  
qui cùm essem filius Dei, didici ex ijs,  
quæ passus fui, obediētiam, & per obe-  
dientiam consummatus, factus sum om-  
nibus obtemperantibus mihi causa sa-  
lutis æternæ. Bonum est viro, cùm por-  
tauerit, iugum ab adolescentia sua. Si  
enim alijs, qui repræsentant personam  
meam, obedire assuecat, proprii iudi-  
cij, & propriæ voluntatis, qua ciuitas  
Babylonis ædificatur, pericula vitabit,  
& sub umbra alarum mearum, ab æstu  
mudi requiescat. Non ei nocebunt ca-  
tuli leonū rugientes ut rapiat, & querat  
à Deo escā sibi. Ego quippe sū custos fi-  
delissimus eorū, qui intellectū, & vo-  
lūtatem mihi obediētiæ sacrificio im-  
molat, est enim holocaustum adipe, &  
pinguedine plenū in odorē suauissimū  
Patri meo. Væ illis, qui subesse nolunt,  
& pro-

